diligit deus. Qui audit illam iudica-
bit gentes: et qui intuetur illam ꝑma-
nebit cõfidens. Si crediderit ei ꝑmane-
bit ⁊ hereditabit illam: ⁊ erũt in cõfir-
matione creature illoꝝ: qm̃ in tempta-
tione ambulat cum eo ⁊ in primis eli-
git eum. Timorẽ ⁊ metum ⁊ ꝓbationẽ
inducet sup illũ: et cruciabit illũ in tri-
bulatione doctrine sue donec temptet
eum in cogitatõnibꝫ suis: ⁊ credat ani-
me illius. Et firmabit illum ⁊ iter ad-
ducet directũ ad illum: et letificabit il-
lum ⁊ denudabit illi absconsa sua: et
thesaurizabit sup illum scientiam et
intellectũ iusticie. Si autẽ oberrauerit
derelinquet eum: et tradet eum in ma-
nus inimici sui. Fili cõserua tempus:
et deuita a malo. Pro anima tua ne
cõfundaris dicere verũ. Est enĩ cõfusio
adducẽs peccatum: et est confusio ad-
ducens gloriã ⁊ graciã. Ne accipias
faciem aduersus faciẽ tuã: nec aduer-
sus aĩam tuã mẽdatiũ. Ne reuerearis
proximũ tuũ ĩ casu suo: nec retineas
verbũ ĩ tp̃e salutis. Nõ abscõdas sapi-
entiã tuã ĩ decore suo. In ligua enĩ sa-
piẽcia dinoscitur: ⁊ sensus ⁊ scientia ⁊
doctrina ĩ verbo sensati: et firmamen-
tum in opꝫibꝫ iusticie. Non contradi-
cas verbo veritatis ullomodo: et de
mendacio ineruditionis tue confun-
dere. Non confundaris confiteri pec-
cata tua: et ne subicias te oĩñ homi-
ni pro peccato. Noli resistere cõtra fa-
ciem potentis: nec coneris contra ictũ
fluuij. Pro iusticia agonizare ꝓ aĩa
tua: et usqꝫ ad mortẽ certa ꝓ iusticia:
et deus expugnabit pro te inimicos
tuos. Noli citatꝰ esse in lingua tua: ⁊
inutilis ⁊ remissus ĩ opꝫibꝫ tuis. No-
li esse sicut leo ĩ domo tua euertens do-
mesticos tuos: et opprimẽs subiectos

tibi. Non sit porrecta manus tua ad
accipiendũ ⁊ ad dandũ collecta. V
Noli attendere ad possessiones ini-
quas: ⁊ ne dixeris ẽ michi suffici-
ens vita. Nichil enim ꝓderit ĩ tp̃e vin-
dicte et obductionis. Ne sequaris in
fortitudine tua concupiscentiã cordis
tui: et ne dixeris. Quomõ potui: aut
quis me subiciet ꝓpter facta mea? De-
us autem vindicans vindicabit. Ne
dixeris. Peccaui: ⁊ quid michi accidit
triste? Altissimꝰ enĩ est patiens reddi-
tor. De ꝓpiciatu peccatoꝝ noli esse sine
metu: neqꝫ addicias pccm̃ sup pccm̃: ⁊
ne dicas. Miseratio dñi magna est:
multitudinis peccatoꝝ meorũ misere-
bitur. Misericordia enĩ ⁊ ira ab illo ci-
to ꝓximant: et in peccatores respicit
ira illius. Ne tardes cõuerti ad domi-
num: et ne differas de die in diẽ. Subi-
to enĩ veniet ira domini: et in tempore
vindicte disꝑdet te. Noli anxius esse
in diuitijs iniustis: non enĩ proderũt
tibi ĩ die obductionis et vindicte. Nõ
ventiles te ĩ omnẽ ventum: et nõ eas
in omnẽ viam. Sic enim omnis pec-
cator probatur ĩ duplici lingua. Esto
firmus in via domini et ĩ veritate sen-
sus tui ⁊ scientia: et prosequatur te ver-
bum pacis et iusticie. Esto mansuetꝰ
ad audiendũ verbũ dei ut intelligas:
et cum sapientia proferes responsum
verũ. Si est tibi intellectus responde
proximo: sin autẽ manus tua sit sup
os tuũ: ne capiaris in verbo indisci-
plinato et confundaris. Honor ⁊ glo-
ria in sermone sensati: lingua vero im-
prudentis subuersio est ipsius. Non
appelleris susurro ĩ vita tua: et lingua
tua ne capiaris ⁊ cõfundaris. Sup fu-
rem enĩ ẽ cõfusio ⁊ penitẽcia: ⁊ denota-
tio pessima sup bilinguẽ: susurratori